



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Robertus Neteruillus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

focijs. Variè tunc vexati omnes, fame, cachinnis, probris. Vni caput pugnis contusum. Equis impositi coacti sunt cantare Symbolum Apostolorum *Credo*. Inde in Finlandiam asportati: Stocholmij in vinculis acerbissimè habitati, ærumnis, doloribus, demū peste hoc die P. Christophorus, alij alijs diebus consumpti sunt; posteaquam scōmata multa in Pontificem, in fidei nostræ mysteria, in Societatem iacta, verbera, extremam egestatem, & affinia hisce incommoda, perpessi sunt.

Fides.

In Suecis.
17. Jun.
ætatis 43.
Soc. 8.

Hibernus
Pontani
15. Junij
1649.

Ioannes Esto. Coad.

Cū P. Christophoro Spotecco, alijsque paria passus: peste extinctus in carcere.

P. Robertus Neteruillus.

Meminere huius viri an-

nue

nuæ anni 1650. & Mortes illustres. Mors illius, alijs vitæ laudibus par fuit. Etenim inter miseranda, & veterum Ecclesiæ calamitatum similima Hiberniæ verè Catholiciæ turbamenta, cum apud Anglos hæreticos increbuisset quòd Sacerdos esset, ac Iesuita (quæ duo nomina illis immortaliter exosa, & nõ vno sanguine sunt perfusa) per pedes ab illis correptus, è lectulo extractus, per domum raptatus, quaquaversum allisus, fustibus cõtusus, effractus ad collum, & humeros ossibus semianimis relictus, cum grauior etiã ætas hisce ferendis impar esset, quarto post die, id est hoc die, doloribus gloriosis & vitâ defunctus est.

Fidetur.

Anonymus Iapon. Coad.
Literæ P. Petri de Bosche-
re

Iapon.
in Iaponiæ
18. Iunij
1614.